



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Ioannes Floydus. n. 41.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

inter eius temporis Iudices primus, cum ad possessiones Southcotti inuidendas anhelaret, omni arte moliebatur *Henricum* conuincere de Sacerdotio, modò per examina inquirendo, modò blandis promissis alliciendo ad fatendum quod ies erat, modò per falsos fratres & Apostatas obseruando an hominem nollent, quæ omnia *Henricus* prudentiâ & cautione elusit, & se hospitemque suum præsttit immunem. Amotus Londino ad Arcem Framingamensem in Comitatu Suffolciensi, sub finem Elizabethæ exul migravit Olyssiponem, ut quos posset Institutores Anglos ad Ecclesiæ gremium reduceret: Illis contrâ, libertati & vitæ eius post pulueriam conspirationem detectam insidiantibus, & graues querelas apud Gouéam Præpositum domus Professæ deponentibus; quas à nimium credulo Romam delatas ipse diluit; Et turlus in Angliam proficicens diuerit Audomarum, hæsitque ad annum Praefectus spiritus. In Insulam deinde redux, iterum iterumque captus modò in Atrio Wintoniensi, modò in Fleta detenus est, ubi cùm crebris ægritudinibus penè conficeretur, Regina Caroli tempore intercedente libertatem consecutus est tantam ut ab inferenda illi molettia, vel ijs apud quos diuerlaretur vniuersi prohiberentur. Quæ immunitas ut alijs etiam esset vtilis, animum adiecit ad ipsos Apparatores delatoreisque comprimentos; numeratisque eorum artificijs quibus pecuniam ab Catholicis & Sacerdotibus cunctam in usus suo s conuertebant, (quæstui habentes munus quod ad Sacerdotes extirpandos acceperant) potestate exutos in ordinem redigi curauit. Quæ si cogitationem cuiquam afferant non esse tam atroces Catholicorum Sacerdotumq; ærumnas quam à multis describuntur, intelligat distingueda esse tempora: Prouident enim Deus quædam quandoque interualla, ut in prima Christi Ecclesia, & in illis mitioris homines ingenij, nè tenso semper arcu Catholici animis frangantur & langueant; tum turlus ad certamina prouocat, ut cumulatius coronentur. Iste vir strenuus, & ad ultimam vñque senectutem laboriosus indefessusq; vitam cum meliori commutauit Londini; Professus quatuor votorum ab anno sexcentesimo decimo.

LIX. *Ioannes Henrici* Frater ætate minor, in Societate antiquior, experientiâ didicit non semper esse quæ yidentur tuta: Nam vocatus ad nostrum Oldcornum in carcerem Wigornensem, tenetur, neque se prece aut pretio extricare potuit Poppamo obstante. Post annum exul, quatuor alios impedit Audomari concionando; ediditque in lucem varia ad Hæreticorum impudentiam retundendā, magno applausu ingenij & doctrinæ. Tum turlus in Insulam redux, & læpius ab apparitoribus redemptus, migravit denique Louanium, Theologiæ explicandæ adhibitus; quibus in studijs, qua docendo, quâ scribendo reliquam triuit ætatem, ex hac vita repentina morte sublatus Audomati, Anno huius leculi quadragesimo nono, ætatis omnis septuagesimo leptimo, Societatis quinquagesimo septimo, ab edita professione quatuor votorum quadragesimo.


Nn 4

Et haec tenus

Ioannes  
Floydus.

1602.

Et hactenus quidem variarum Societatis domorum & Prouinciarum experta caritatem hæc missio Anglicana, doctorum virorum, Martyrumque fortissimorum gloriam educationemque, immortali dignam memoria animo gratissimo vnde accepta est agnoscit, & tempore suauissimaque fouebit recordatione. Quâ ratione in posterum suis quasi nixa viribus statre cœpit, & aucta crevit ipsa in Prouinciam, sequentium librorum narratio ne exponetur, quanquam & in his ipsis quæ consecuta est incrementis, non vicinarum modo, sed & longius positarum Prouinciarum fauore & auxilio egere & vi necesse fuit, eritque non solum quandiu sub incude persecutionis gemit, sed quandiu Societas ipsa una est, & ambilissimâ membrorum omnium coniunctione sibi metipla cohærens: *Pars enim si à parte dissideat, quid consequi potest nisi dolor, & interitus?*



# HIS